

Quia satis est notorium quod capitulum quo prohibitum est cancellario Crete de faciendo mercationem frumenti redundat in honorem dominij et bonum insule et per consequens uideatur honestum quod est similis prohibitio fiat participantibus officium cancellarie uel quasi, ut pote notarijs curie maioris Candide siue scribis. Uadit pars ad hoc ut auferatur omnis mala causa scribis antedictis et similiter scribis camerariorum Crete, quod similis prohibitio fiat scribis supradictis curie maioris Candide, nec non camerariorum Crete in facto faciendi mercationem frumenti que facta est ut predicitur cancellario supradicto.

12

Περὶ ἀναγνώρισεως τῆς ἀπελευθερώσεως τοῦ Ἀλεξίου Πίνακα ἐκ τῆς τάξεως τῶν δουλοπαροίκων. 1336, Φεβρουαρίου 12.

F^o 44^r N^o 379. Millesimo trecentesimo XXXV, die XII Februarij.

Capta. Cum Alexius Pinaca filius quondam Donati de Creta exposuerit nobis quod descenderat ex quodam uocato Alexius Pinaca qui fuerat eius auus qui fuerat sclauus in Creta, et postea liberatus facta sibi cartam franchitatis et post hec nobilis uir Petrus Bono fidelis et feudatarius noster Candide cui concessum erat per dominium accipiendi agrafos petebat dictum Donatium patrem ipsius Alexij pro agrao coram duche et consiliarijs Crete, per quos quidem ipse Donatus non inueniens cartam franchitatis factam dicto quondam Alexio patri suo fuit adiudicatus cum suis heredibus et proheredibus pro rustico siue agrao Petro Bono prefato et nuper inuenerit idem Alexius dictam cartam francationis, quare supplicauerit per suam petitionem quod dignaremur mandare et committere nostris duche et consiliarijs quod non obstante sententia suorum predecessorum per quam dictus Donatus fuit adiudicatus uillanus audirent dictas cartas francationis et alia sua iura et determinarent de absoluendo eum uel non ut iustum sibi uideretur que sua uerba pietati et iusticie consonant. Uadit pars quod committatur duche et consiliarijs mittendo sibi petitionem quod uiso dicto instrumento et alijs suis iuribus non obstante comissione sua faciant quod sibi iustum uidebitur.

13

F^o 45^r N^o 382. Περὶ ἀκυρώσεως εἰκονικοῦ συμβολαίου μεταξὺ τῆς Ἀντζολερίας Βενιέρη ἐκ Χανίων καὶ τῶν πιστωτῶν της. Τὸ ἐπίδικον κτῆμα ἦτο τὸ τιμάριον Γκούβη, τὸ ὁποῖον ἐζήτησε νὰ ἀγοράσῃ ὁ Νικόλαος Βενιέρης συγγενὴς αὐτῆς, ἐλθὼν ἐπίτηδες νὰ κατοικήσῃ ἐν Χανίοις. Τὸ τίμημα συμφωνήθη ἀντὶ δύο χιλιάδων ὑπερπύρων, ὑπεσχέθη δὲ ἡ Ἀντζολερία νὰ ἐγκαταστήσῃ εἰς αὐτὸ τὸν ἀγοραστήν, ἄλλως ἤθελεν ὑποπέσει εἰς ποινὴν 2000 ὑπερπύρων. Τὰ συμφωνηθέντα ταῦτα φαίνεται ὅτι ἦσαν εἰκονικά, διότι οὔτε ἡ Ἀντζολερία ἔλαβε χρήματα, οὔτε ὁ Νικόλαος Βενιέρης ἐγκατεστάθη εἰς τὸ τιμάριον. Μετά τινα χρόνον ὁμοῦς ὁ εἰρημένος Νικόλαος ἐνήγαγε τὴν Ἀντζο-

λερίαν εἰς τοὺς δικαστὰς Χανίων, ζητῶν τὴν ἐκτέλεσιν τοῦ συμβολαίου, εἴτε λαμβάνων τὴν κατοχήν, εἴτε τὸ πρόστιμον. Ἐννοεῖται ὅτι οἱ δικασταὶ ἐπὶ τῇ βάσει τῶν ἐγγράφων κατεδίκασαν τὴν Ἀντζολερίαν εἰς τὸ πρόστιμον τῶν δύο χιλιάδων ὑπερπύρων. Αὕτη ἀναφερομένη εἰς τὴν Γερουσίαν διὰ τὸ προσγενόμενον αὐτῇ ἄδικον ζητεῖ τὴν ἀναθέωρσιν τῆς ἀποφάσεως. Ἡ Γερουσία ἀναθέτει εἰς τὸν Δοῦκα καὶ τοὺς Συμβούλους Κρήτης, ὅπως τελεσιδίκως ἀποφασίσωσιν, ἀφ' οὗ ἐξετάσωσι τὰ διαμαχόμενα μέρη καὶ τοὺς δικηγόρους των. 1336, Φεβρουαρίου 15.

14

Ἐγκρισις πιστώσεως ὑπερπύρων χιλίων πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου Μάρκου ἐν Χάνδακι. 1336, Φεβρουαρίου 16.

F^o 46^{to} N^o 387. Millesimo trecentesimo xxxv, die xv Februarij.

1

Ad litteras Crete.

Capta. Super eo namque quod significatum est per ducham et consiliarios Crete de ecclesia Sancti Marci Candide, quam sic partim ruinatam persistere procul dubio non est honor ducalis dominij, neque bonum cum cotidie paulatim amutatur deuotio gentium habita in ipsam ecclesiam. Consulunt predicti sapientes quod ob reuerentiam Euangeliste gloriosi Marci dentur de hinc duche ituro nuper yperpera mille, que ponantur in aptatione dicte ecclesie ut uidebitur oportere. Et pro eo quod deficeret accipiatur de introitu communis nostri Crete ad furniendum negocium ut duche et suo consilio uidebitur. Et scribatur duche et consiliarijs presentibus quod interim apponant curam ad ipsam ecclesiam ne de ea sinistrum aliquod ualeat euenire; cum de nostra intentione sit per ducham iturum ipsam facere reparari.

5

10

13

15

Ὁ Δοῦξ καὶ οἱ Σύμβουλοι Κρήτης ἐζήτησαν τὴν ἀποφυλάκισιν ἢ τὴν ἐξορίαν τῶν ἐν ταῖς φυλακαῖς Χάνδακος κρατουμένων υἱῶν τοῦ Βάρδα Καλλέργη ἐπαναστάτου καὶ τινων καλογήρων. Ἡ Γερουσία ἀπορρίπτει τὴν αἴτησιν ταύτην. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F^o 46^{to} N^o 388. Millesimo trecentesimo xxxv, die xv Februarij.

1

Capta. Insuper ad factum filiorum capitum proditorum et cuiusdam calogeri quondam fratris Uarde Kaleregi proditoris carceratorum Candide, de quibus ducha et consiliarij petunt habere Ducalem responsionem cum de ipsius sint aliqui a modo facti iuri non uidetur bonum relaxare aliquem eorum, aut facere eos habitare extra insulam, uel aliter eos bannire, quia modicum differet esse ipsos in insula, et esse expulsos de ea. Sed melius est propter bonum statum terre et in exemplum aliorum, et sic consulunt sapientes omnes predicti, quod scribatur duche et consiliarijs, quod sic ipsos debeant in carceribus conseruari, nec inde modo aliquo liberare donec per ducalem magnitudinem eis aliud datum fuerit in mandatis.

5

10

